



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Simeon Conf. 1 Iunii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

S. SIMEON CONF. I. Iunii.

SIMEON Siculus, adoratis, quas Dei Filius sacrauit, regionibus, ad amorem paupertatis, quam omnia ejus vestigia spirant, exarsit. Jura sanctitatis eum Anachoretas docuit, vel semel exerrantem in feminas oculum gravi oratione ad officium revocaturus. Ab eo denique manumissus loca plura magnis virtutibus nobilitavit. Subinde in piratas incidit, nihilo mitiora comitibus occisis passurus, nisi salientem de puppe petuntque telis diviniore vis texisset. Tandem delatus Treviros, speculam sibi in turris fastigio elegit, quam expugnare orcus aggressus, suas in Christianum Herculem hydras, & omne monstrorum genus nequidquam armavit. Stultius strategema fuit, cum perditae tenebriones, nescio quos, fatuos ignes radiosque tugurio ejus infunderent; sed ille fanaticam lucem oculis non admisit, solem suum mortuo sibi oriturum dictitans: daemones, elusis artibus suis, auxilium ab hominum malevolentia petunt, qui noxiam aquarum inundationem sceleribus ejus imputare ausi, convitiis saxisque in caput innocentis sunt grassati. Stationem tamen non ante deseruit, quam illum caeli Imperator evocaret an. M. XXXV. Corpus ejus examine prodigioso sudore immaduit. Quis arduam

2. Iunii. VITÆ SANCTORUM. 349
arduam neget ad cælum viam, in qua et-
jam hi cursores, & quidem post mortem,
sudant. Ex Surio.

*Beatus, qui omni spererum hujus mundi
seipsum orbarvit, ac in solo Deo omnem spem
fixit atque locavit suam: sicut enim exe-
crandus est ille homo, qui spem suam posi-
tam habet in homine, ita omni laude dig-
nus, qui ex Deo totus pendet. S. Bas. Orat. 7.*

SS. MARCELLINUS & PETRUS
MM. 2. Iunii.

Nihil agis impietas; Christi servus et-
jam inter vincula liber est; insulta-
bat Arthemius PETRO compedibus o-
nerato, experiretur Dei sui vires: &
rumperet catenarum nexum, si tantum
in JESU nomine consideret. PETRUS
non id modò præstitit, sed Paulinam in-
super ejus filiam diaboli mancipium, ex-
pulso improbissimo tyranno, in liberta-
tem asservit, unaque Arthemio persuasit,
Deo antea subsannato, cum omnibus
carceris incolis, sacramentum dicere.
MARCELLINUS, qui eos Christiano ritu
abluerat, nudus vitri fragmentis imposi-
tus, non antè quàm ab Angelo jussus, ex
illo se lecto proripuit; & cælesti veste
excultus cum PETRO, quem idem Ange-
lus cippo exemerat, Christianorum se
coetui reddidit; quibus animandis cum
septem ipsos dies impendisset, pleno
tan-